



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

38. An habens ius litigiosum in beneficio possit dare aliquid alteri
prætendenti, ut non prosequatur ius suum? Et an hæc pactio sit Symonia?
Et an idem dicendum sit de eo, qui habens possessionem ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

conventionem de qua loquimur non incurrit in labem simoniacam.

6. Sed tandem quidquid sit de dictis opinionibus P. Pasquali ad defensionem Domini de N. non deferam hic per extensum apponere verba Francisci Zypæi in suis eruditissimis Consultationibus Canonice novissime impressis lib. 3. tit. de Iurpatronatus, consultat. 4. num. 6. ubi sic asserit. Sed & illud quod A. & B. juramentum offerunt intentionem suam procul abfuisse à simoniae labe: quodque uterque vitæ hactenus inculpata fuerint nobiles, Sacerdotes: quod in tota alioquin actione palam processerint usi consilio Secretarij, Nunciij Apostolici, & Notarij in hujusmodi praxi admodum periti, aliorumque: atque licet etiam is inficiatur, qui non intelligit se illicitum quid admittere cap. per tuas 37. 10. de Simon. tamen traditum est auctoritatem viri alicujus docti excusare à culpa, & pœna; Navarr. consil. 29. num. 3. leg. cum pater. §. Titio de leg. 2. Gloss. finalis in fine. cap. ad audientiam, de his, qui viant met. Vvames consil. §. 61. numer. 5. ubi ex Petro de Palud. docet, si quid ad simoniam deest, quippe studiofaciæ depravata voluntas; atque agentium non operantur, ultra eorum intentionem. Hæc omnia Zypæus ubi supra: quæ quidem mirifice faciunt pro calu nostro, in quo dominus de N. in iis concordii initis palam processit, & non solum cum consilio peritorum: sed etiam licentia magni Magistri.

7. Unde ex his, & aliis rationibus superius suppositis sequitur Dominum de N. ab incurfu simoniacæ labe omnino liberandum, ejusque electionem validam declarandam esse. Et quidem si in dubio nemo censendus est simoniacus, cum in materia simoniæ probationes debeant esse claræ, & concludentes, ut determinavit sacra Rota in una Valsen. Prioratus die 27. Maij, anno 1600. coram Seraphino tom. 2. decis. 1359. n. 3. & in Civitat. Plebis præsentæ simoniæ die 12. Januarij 1620. coram Burato tom. 2. decis. 445. n. 6. & ibi amicissimus Ferentillus, ut diligenter solet, plures alias Sac. Rotæ decisiones adducit quibus adde adductas à Farinacio post. consil. 75. dub. 1. Ideo miror quomodo possint Adversarij præterelectionem dicti Domini de N. simoniacam declarandam esse, cum, ut diximus, ex tot rationibus, & Doctoribus superius adductis ab omni pravitate simoniaca liberam esse manifestè apparet, & ita ego sentio.

8. Notandum est tamen quòd post hæc scripta inveni amicissimum Alexandrum Sperellum decis. 2. n. 101. docere Commendas Equitum D. Jacobi, Alcantaræ & Calatravæ esse beneficia Ecclesiastica, & materia simoniæ, sed contra ipsum vide non solum Doctores citatos in principio huius Resolutionis, sed etiam novissimè Stephanum Fagundez de justit. & contrarij. lib. 5. cap. 20. numero 10. qui etiam numer. 9. me citato tenet licitum esse absque ullo peccato pretium dare alicui, ut te faciat adscribere inter milites horum Ordinum, ultimum est valdè notandum, quia in praxi quotidianum.

9. Et tandem confirmationem supradictorum non definam hic adnotare, quòd post hæc scripta, & Rotæ cum multis communicata, pervenit ad manus meas Votum R. P. Francisci Bardi ex inclita Societate Iesu præstantissimi Theologi, in quo latè, & doctè firmat ut plurimum Commendas Equitum Melitenisium non esse beneficia Ecclesiastica, & per consequens materiam simoniæ, & supradictum Votum fuit etiam subscriptum à Patribus Alexandrino Nevola, Cæsare del Boico, Francisco del Bone, Iosepho de Augustino, Martino Prates, & aliis viris doctis eiusdem Societatis.

RESOL. XXXVII.

An sit simonia vendere locum honoratiorem pro sepultura?
Et quid de vasis sacris, & capellis? Ex p. 2. tract. 15.
& Misc. 1. Ref. 57.

§. 1. **A**ffirmativam sententiam docet Suarez de re-
fig. tom. 1. lib. 4. de simonia, c. 14. n. 2. Reginal. tom. 6. tr. 1. Ref. 127. cur-
in praxi tom. 2. lib. 23. cap. 16. num. 226. Filiuc. tom. 3. fin in §. Ad
tr. 45. c. 3. n. 26. Raphaël de la Torre in 2. 2. to. 2. q. 100. confirmatio-
art. 4. disp. 7. & Malderus in 2. 2. tract. 9. c. 3. dub. 9. nem & ibi in

2. Sed contrariam sententiam amplectendam esse
maxime de hoc stante consuetudine universali; & ita
in specie contra Suarez docet Gasias de benef. tom. 1. tr. 7. Ref. 65
part. 5. c. 9. n. 117. in additionibus, ubi citat Sotum, in to. 1. tr. 4.
Spin. Gratianum, Lara, Salazar & Humadon, quibus Ref. 49.

ego addo doctissimos Theolog. Ioann. de la Cruz in
direct. conf. p. 1. præ. 7. q. 4. dub. 5. concl. 2. Rodriq. in qq. re-
gul. to. 3. q. 58. art. 2. Arag. in 2. 2. q. 100. art. 4. Philarch.
de offic. Sacerd. to. 2. p. 2. lib. 6. c. 9. ex Societate Iesu Em-
manuelem Sà ver. simonia, n. 2. ex nostra Religione Nal-
dum in sum. ver. sepult. n. 8. & tandem novissimè Barb.

in suis collect. tom. 2. lib. 3. tit. 28. c. 13. n. 2. Ragucium de
Eccl. discip. q. 86. n. 3. Genuensem in praxi Archiep. c.
32. n. 19. cum aliis. Dico igitur, quod aut pretium peti-
tur pro sepultura simpliciter aut pro aptiori loco se-
pulturæ. Primo casu pretium peti non potest absque la-
be simoniæ, quod cessat secundo casu, quando locus
honorabilior petitur pro sepultura; nam cum talis lo-
cus non sit necessarius ad sepulturam, non venditur se-
pultura nec sacrum contra Suar. & Ecclesia cœmeteria
habet ubi gratis sepeliri homines possunt. Situs igitur,
& locus dignior non videtur concernere spiritualia,
unde tanquam non necessarius, vendi potest; & ideo si
aliquis eligat honorabilem locum in Ecclesia, propter
talem præminentiam, potest ille honor pretio æsti-
mari, & vendi, cum hoc casu non vendatur sepultura,
quæ gratis præstanda est, sed ille locus aptior, & ho-
norabilior. Et ita fuisse decisum in Rota, in causa Tar-
raconensis sepulturæ 17. Maij. 1572. coram Lancellot-
to, testatur ex Gratiano, Gasias ubi sup. Nec facti Ca-
nones aliud prohibet quàm quod Clerici nolint mor-
tuum in loco sacro sepeliri, nisi aliquid detur pro ter-
ra; sed non si quis nolit sepeliri, in loco communi alio-
rum, sed peti locum honoratiorem; nam in hoc casu
non erit simonia aliquid exigere sicut & vasa sacra, &
capellæ, venduntur ratione materiæ: Et ita ego sentio,
in favorem consulens.

RESOL. XXXVIII.

An habens jus litigiosum in beneficio possit dare aliquid
alteri prætendenti, ut non prosequatur jus suum?

Et an hac pæctio sit simonia?

Et an idem dicendum sit de eo, qui habens possessionem
beneficii vellet relinquere alteri prætendenti ob aliquod
pretium ab eo receptum?

Et an si quis fecerit expensas in beneficio litigioso, possit
illas exigere ab illo, cui vel in cuius favorem resignat.
Ex p. 1. tract. 6. & Misc. 6. Ref. 7.

§. 1. **A**d hoc dubium quod in praxi potest accide-
re, sic respondet Ioannes Pont. in cur. Theol. ex Ref. 21.
disp. 56. q. 2. concl. 10. n. 37. Difficultas est, an qui habe-
ret jus in beneficio, sed litigiosum, posset recipere ab
alio prætendente jus in eodem beneficio aliquid, ut re-
nunciaret juri suo; vel dare aliquid, ut renunciaret
alter? Sententia communior videtur, quod non
possit

possit hoc fieri absque simonia. Sed salvo meliori iudicio, existimarem non esse simoniam, si daretur aliquid non pro beneficio, quod daretur esse suum; sed ut vitaret expensas, quas deberet facere, ut defenderet jus suum: nam procurare per decem nummos, ne quis exponeretur periculo perdendi centum nummos, quos in litigando deberet expendere, nihil prorsus habet malitiæ; neque enim quod datur, est spirituale; neque etiam illud pro quo datur. Dare quidem aliquid, ut alter renunciaret juri positivè, videtur esse simoniacum; quia jus illud est spirituale; dare verò aliquid ut non moveat litem ad prosequendum jus suum, & consequenter ad renunciandum juri suo negativè, hoc est non prosequendo ipsum, non apparet simoniacum, quia illa negatio prosecutionis juris non est spirituale. Idem dicendum si reciperet ab altero aliquid, ut ipsemet non prosequatur jus suum.

2. Sed quis, an idem dicendum de eo, qui habens possessionem beneficii vellet illud relinquere alteri prætendenti ob aliquod pretium ab illo receptum? Resolutio hujus casus videtur mihi difficilior, quam prioris, quia hic dando possessionem beneficii, videtur dare rem spirituales pro illo pretio. Respondedo tamen mihi videri, quod possit hoc facere absque simonia, quia cum non sit certum quod beneficium sit suum, sed propter probabilitatem tamen quam habet, quod sit suum, vel in litigando expensas facere, nullo modo apparet esse simoniacum, ut vitet illas expensas aliquid recipere, quia neque quod accipit est spirituale, neque illud pro quo accipit, hoc est, expensæ, quas faceret in litigio. Itaque si qui dat, non emit jus alterius, ut non debet, quia potest esse contentus jure suo, neque possessionem quod etiam non est necessarium ut faciat, quia sufficit quod alter permittat, ut ipsemet eam viro suo accipiat, aut ab eo, qui potest possessionem dare, sed solum det alteri aliquid ratione expensarum, quas faceret, ut probaret jus alterius non esse bonum, non apparet esse ulla simonia ex parte ipsius; similiter, si recipiens neque dat jus suum, quod alteri non est necessarium, cum habeat proprium; neque possessionem positivè, sed negativè tantum, permittendo, ut alter recipiat illam, sed solum recipiat aliquid ne faciat expensas defendendo possessionem suam, non committit ullam simoniam. Hucusque Pontius, quæ ex ejus mente dicta esse volo.

Sup. hoc sup.
ex Ref. 29.
lege doct.
§. ult.

3. Querit idem ibidem *concl. 6. num. 33.* si quis fecerit expensas in beneficio litigioso, an possit eas exigere ab illo, cui, aut in cujus favorem resignat? Et respondet negativè cum communi, loquendo de exactione tanquam pretij, aut debiti; quia quod alter solueret pro expensis, esset aliquod pretium pro beneficio; posset tamen æquivalens recipere gratuitè, de quo non est dubium. Ita ille.

RESOL. XXXIX.

An si quis post collationem beneficii impediatur injustè accipere possessionem, possit pecunia redimere hanc vexationem?

Et an hoc sit simonia? Ex part. 5. tract. 14. & Misc. 2. Ref. 3.

Sup. hoc in
Ref. seq.
ult.

§. 1. Aliqui probabiliter negativè respondent. Ita glossa in c. *decimas*, 2. 17. *quest. 7.* Abbas in c. *ad aures*, de *simon.* num. 6. & ibi Innocentius, Felinus in c. *dilectus*, num. 3. cum aliis, quia possessio beneficii quid spirituale est. Sed meritò affirmativam sententiam docet Sanchez in *opusculis*, tom. 1. lib. 2. cap. 3. *dub. 30. num. 15.* quia tota spiritualitas possessionis beneficii

est ratione tituli, in quo talis habet jus ad rem acquisitam per collationem. Et hanc sententiam docet etiam Moscosus in *summa*, tract. 15. cap. 15. num. 5. ubi sic asserit. [Si desuper que un Beneficiario tiene collationem juridica de su beneficio, no le quisiesen dar su posesion, haziendole agratio contra justicia y razons, no es simonia redimir esta vexacion, y alcançar la posesion de su beneficio con dineros.] Ita ille. Vide omnino Raphaellem de la Torre in 2. 2. *tema. 2. quest. 100. art. 4. disp. 9.* validissimis rationibus affirmativam hanc sententiam confirmat. Vnde de hoc non est dubitandum.

RESOL. XL.

An si elector inclinet ad eligendum indignum, vel minus dignum, possit dignior redimere hanc vexationem?

Et an redimere supradictam vexationem sit simonia?

Et an in hoc casu simonia non sit de jure divino, sed humano?

§. 1. Respondeo negativè, quia est simonia redimere pecunia vexationem, dum quis habet digne tantum jus ad rem, ut si quis injustè vexetur, ne detur sibi collatio beneficii, nam cum adhuc beneficium non sit suum, paratur pecunià via ad obtinendum beneficium; sed totum hoc accidit in casu nostro, et ergo, &c.

2. Non definam tamen hic adnotare secundum opinionem Sanchez in *opusculis*, tom. 1. lib. 2. cap. 3. *dub. 30. num. 7.* esse satis probabile simoniam in hoc casu non esse de jure divino, sed humano, unde per ea que dictus Sanchez dixerat antea in *dub. 16. n. 9. & 10. vale.* ret collatio dicti beneficii, nec alter teneretur restituere. Hæc, ut dixi, procedunt in opinione Sanchez qui tamen fortasse loquitur de pretio dando alicui tertio, qui infert vexationem.

3. Notandum est etiam hic obiter, quod licet aliqui probabiliter asserant quod facta collatione beneficii, si quis injustè impediatur accipere possessionem, non potest pecunia hanc redimere vexationem, quia possessio beneficii quid spirituale est: at probabilius est licere, quia tota spiritualitas possessionis est ratione tituli, in quo habet jus in re acquisitionem per collationem. Ergo, &c. Ita Sanchez ubi sup. *dub. 30. numero 11.*

RESOL. XLI.

An qui ad redimendum vexationem electori dedit pretium, ne minus dignus eligatur ad beneficium, sit simoniacus, & incidat in penas latus contra simoniacos?

Et an in hoc casu simonia non sit de jure divino, sed humano? Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 2. Ref. 1.

§. 1. Quoad primum, affirmativè respondendum est, & ita docet Moscosus in *summa*, tract. 15. cap. 15. num. 6. & Villalob. in *sum. to. 2. tract. 37. diff. 23.* in *Ref. num. 3.* & alij. Sed difficultas est quoad secundum punctum; nam Sanchez in *opusculis*, tom. 1. lib. 2. cap. 3. *dub. 30. num. 6.* circa præsens dubium sic ait: Duobus perentibus unum beneficium, & electore inclinante tertio suam voluntatem ad indignum, vel ad minus dignum, esset simonia pretio redimere hanc vexationem, quia ad tantum habet jus ad rem. Est tamen satis probabile eum simoniam in hoc casu non esse de jure divino, sed humano.